

sente Thomas zco Lipzk vnd syner sampnunge gemeynliche, vnd vorzcigen vns ouch willeclichen sulchir lehen vnd huldunge vnd alles rechten, daß wir dar an gehabt haben. Wir globen ouch in guten truwen an argelist dem egnanten herrn probiste vnd der sampnunge gemeynlichen sente Thomae ezo Lipzk vor vnser bruder meister Dytheren vnd meister Ditteriche, daß iz der wille ouch sin sal, vnd sullen vnd wollen vor sy deß eyne gerechte gewere sin, daß sy daß selbe gut ezo dem Kolmen von on nummir gevordirn sullen noch sy dar an hindern in keyne wiz geistlich noch werltlich, vnd haben deß ezo orkunde alle dry vnser insigil an dißen brif gehangen, der gegeben ist nach gotis geburt drieszenhundirt iar am dem soben vnd sobinczigisten iar an sente Barbaren tag.

Nach dem Registrum copiarum fol. 21^b im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

No. 144. 1378. 24. März.

B. Friedrich von Merseburg spricht nach Erzählung der Prozessgeschichte und unter Darlegung der Entscheidungsgründe durch ein Endurteil das Kloster von den Anforderungen einiger Gläubiger des ehemaligen Probsts Ulrich von Maltitz frei.

In nomine domini amen. Cum pridem Ramfoldus de Milticz, Johannes de Plusk armigeri et Conradus Ortelini civis Lypezensis laici super certis pecuniarum summis, quas pro quodam Vlrico de Maltiez olim praeposito monasterii sancti Thomae in Lypezk se solvisse et exposuisse asserebant, honorabiles et religiosos viros dominos Michaelen de Lympach praepositum et conventum canonicorum regularium ordinis sancti Augustini praefati monasterii sancti Thomae in Lypezk ad forum iudicii saecularis tam contra canonicas quam etiam imperiales sanctiones traxerunt in causam, ubi dictus praepositus tribus edictis citatus et pro bonis monasterii quae impetebantur, quorum tutela et administratio ad eum spectare dinoscitur, se ingerens et per eum primitus allegato seu proposito privilegio clericali seu ecclesiastico de foro competenti metu domini et potestatis saecularis ac privationis bonorum monasterii respondere compulsus, litem contestatus fuit negative, cumque executor statutorum sacri concilii Magdeburgensis per civitatem et diocesim Merseburgensem deputatus contra praefatos actores propter huiusmodi iniuriosam enormitatem et violentiam servatis debitis intervallis excommunicationis et interdicti sententias promulgasset fecissetque eosdem in pluribus ecclesiis atque locis excommunicatos publice nuntiari et ecclesiasticum interdictum observari, tandem permissione illustris principis ac domini domini Wilhelmi marchionis Misnensis causa praedicta ab examine iudicii saecularis ad nostri Friderici episcopi Merseburgensis audientiam remissa fuit cognoscenda et fine debito terminanda. Nos igitur partes praedictas ad nostrum citari fecimus consistorium ad certam peremptoriam diem ius suum utrobique prosecuturas. In qua comparentibus coram nobis partibus eisdem memorati actores in modum petitionis proponebant, quod quia praepositus praedictus pro se suoque conventu generaliter et pro quo quolibet specialiter iura sive iuramenta promississet, ipsi ea respicerent